



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Caput 21. Cultum Venerabilis Sacramenti omni die Iouis Parochianis
excitat, cum insigni diuinæ prouidentiae argumento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

C A P V T XXI.

*Cultum Venerabilis Sacramenti omni die Iouis
in Parochianis excitat, cum insigni diui-
na providentiæ argumento.*

*antiquae
fundatiões
observat* **A**Ntiquas fundationes Sacrorum, li-
cet iniuriã temporum stipendium
& annuæ pensiones nullæ soluerentur,
non negligebat, præsertim in ijs, quæ na-
tæ erant in Parochianis alere pietatem.
Exemplo sit, die Iouis solennis Sacri de-
cantatio de Venerabili Sacramento, ve-
*absque sti-
pendio.* teri instituto; iam quatuordecim ipso-
rum annos nihil ex ea proventuum annuo-
rum perceperat, & vt se dabant tempora,
nihil vnquam speraturus videbatur, quin
& ipse de suo peculio Cantoribus, Ædi-
tuo, cæterisque Ministris pendebat debi-
tum stipendium; nec tamen eum augu-
stissimi Sacramenti cultum, quo mirificè
Parochiani magnã frequentiam confluen-
tes, accendebantur, omittere decreuerat
in omnem reliquam vitam. Id cum ad ex-
tremum vsque morbum constanter fecis-
set, Deus ne vinci se liberalitate videretur,
permouit occultè cor eius, à quo solutio
pendebat. Incidit is casu in librum à Iaco-
bo

bo scriptum, & captus authoris spiritu, dum nomen inquit, & idem cum eo comperit esse, cui pensiones tot annorum debebantur, vt debiti cognouit obligationem & virum; per litteras offert *agros* cū diuinā compensatione. præter expectationem desperatas pensiones. Hic pius vir sursum in cœlum manibus subleuatis exclamauit: Quàm verè Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit.

Dici non potest, quo arserit desiderio auget cultū Ven. Sacramentū cultum huius augustissimi Sacramenti in se & alijs promouendi; hunc in finem quot hebdomadis die Iouis Sodalitatem Ecclesiasticorum Venerabilis Sacramenti adibat, è cuius Magistratu ferè semper erat, quòd ipsum assiduitate nemo adæquaret. In hac Sodalitate sæpe Sacerdotes ad muneris obligationem ardenti dictione est cohortatus, iisdem aphorismos edidit, quibus omnia collegit, quæ ad diuinissimum Sacramentum piè sumendum & ministrandum alijs, possent desiderari.

Complura congeffit alia in Paradiso eiusdem argumenti; vt ideo meruerit die Iouis etiam sanctissimè vitâ defungi.

CA-